

patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in somnis secessit in partes galilee, & veniens habitauit in ciuitate que uocatur nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas quoniam nazareus uocabitur. In diebus illis uenit iohannes baptista predicans in deserto iudee & dicens: Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim qui dictus est per ysaiam prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Ipse autem iohannes habebat uestimentum de pilis camelorum: & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locusta & mel siluestre. Tunc exiebat ad eum hierosolyma & omnis iudea & omnis regio circa iordanem: et baptizabantur in iordane ab eo confitentes peccata sua. Videns autem multos pharisseorum & saduceorum uenientes ad baptismum suum: dixit eis: Progenies uiperarum: quis demonstrabit uobis fugere a futura ira.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© The University of Edinburgh
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/uedin_ms12/0047